



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bellum Sacrum Ecclesiae Militantis Contra Turcum
Communem Hostem Christianorum**

Vaux, Léonard de

Leodii, 1685

XI. Dies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64991)

3. Tu Domine, ne elongaveris auxilium tuum à me : ad defensionem meam conspice : inclina ad me aurem tuam : accelera ut eruas me.

X. D I E S.

1. **E**Rue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam?

2. Salva me ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.

3. Custodi animam meam, & erue me, non erubescam, quoniam speravi in te. In manus tuas Domine commendo spiritum meum : miserere mei & salva me.

X I. D I E S.

1. **A**D te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam.

2. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua : lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

3. Dirige me in veritate tua & doce me, quia tu es Deus Salvator meus, & te

& te sustinui tota die: miserere mei, & exaudi orationem meam.

XII. DIES.

1. **D**elicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.

2. Secundum misericordiam tuam, memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.

3. Propter nomen tuum Domine, propitiaberis peccato meo; multum est enim: misericordia tua super omnia opera tua.

XIII. DIES.

1. **R**espice in me, & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego.

2. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me.

3. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte universa delicta mea, peccavi Deo meo.